Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Drei Vorlesungen in Rom - Cod. Ettenheim-Münster 196

Lugo, Juan

[S.l.], 1632-1633

Sectio II.

urn:nbn:de:bsz:31-116360

Visual Library

ctes olterius: per quid constituatur obiectum in ratione boni vel mali moraliter? de hoc dicemus sectione sequenti.

SECTIO II

Per quid constituatur obiectum in ratione boni vel mali, in ordine ad regulandos actus voluntatis?

Ratio dubitandi est, quia difficile est vitare circulum in bonitate et malitia morali declaranda, quando enim petimus: cur volitio furandi sit mala, respondemus, quia obiectum ipsum nempe furtum est malum, quando vero postea petitur: cur actio externa furti sit mala, dicitur quia oritur a voluntate mala, alioquin si oriretur a voluntate bona vel sine advertentia ad prohibitionem aut malitiam illa actio externa non fuisset mala nec peccatum, ergo ipsa actio externa secundum se et praescindendo a voluntate interna non est mala, nunquam ergo declaratur quid sit illud ultimum ex quo primo et radicaliter oritur bonitas et malitia quae est in actibus internis vel externis.

Haec difficultas divisit Theologos non tam in diversas sententias, quam diversos modos eandem rem declarandi, omnes enim conveniunt in ponenda ex parte illius obiecti, prout est condistinguitur ab actu, aliqua bonitate vel malitia obiectiva, quae sit prima radix moralitatis quae reperitur in actu, ita ut obiectum antecedenter ad actum sit bonum per modum obiecti, et ideo volitio postea sit bona moraliter, quia tendit ad obiectum bonum obiective, deinde ipsum obiectum seu actus externus, quatenus ~~[illegible]~~ executione provenit ab illa voluntate bona, fit iam bonum non solum obiective sed formaliter bonitate morali derivata ex volitione bona a qua imperatur. an vero illa bonitas obiectiva prima, quae tenet se ex parte obiecti antecedenter ad actum, dicenda sit bonitas naturalis vel moralis, est quaestio de nomine. melius quidem appellatur bonitas moralis fundamentalis seu obiectiva, illa enim sola nondum sufficit ad constituendam eam actionem simpliciter in genere moris, donec accedat volitio libera quae ad illam bonitatem terminetur, quae volitio habet veram bonitatem moralem et simpliciter pertinet ad genus moris, quia simpliciter est digna laude et praemio. hoc ergo supposito, de quo non videtur esse dubium, difficultas tota est in explicanda illa bonitate fundamentali seu obiectiva quae tenet se ex parte obiecti, ita tamen ut non includamus in illa bonitatem formalem moralem quae postea derivatur a volitione.

Prima sententia est primam regulam, ex qua primo oritur bonitas vel malitia moralis, esse legem aeternam, illa enim obiecta sunt mala quae sunt contra legem, illa bona quae sunt iuxta legem, illa indifferentia quae nec praecipiuntur,

cipiuntur, nec prohibentur, nec consuluntur a lege, sed merè permittunt.
Ita videntur loqui Conradus q. 19 art. 4. Herrera in primo disp. 28 q. 3
notabili 3. et disp. 29. q. 4. sectione 1. Molina 1 parte q. 5. Valentia in presenti
disp. 2 q. 14 ~~art~~ num. 6. Salas tract. 7 disp. 2 num. 21. Conimb. in Ethicis
disp. 5 q. 1 art. 1. Victoria relectione de eo qui pertinet ad usum rationis 2
parte num. 9.

Hæc sententia si loquatur de lege stricte accepta non videtur vera,
quia imprimis Deus ipse operatur bene moraliter, et tamen non conformatur cum aliqua
lege proprie dicta, lex enim semper debet esse alicuius superioris. hoc etiam
licet invincibiliter ignoraret Deum et eius legem adhuc posset operari honeste
et inhoneste si operaretur iuxta vel contra dictamen rationis. si vero nomine
legis hi Authores non intelligant legem stricte sumptam sed late, prout com=
prehendit regulam propriæ rationis dictantis, sic vel sic esse operandum,
tunc quidem verum docent dum dicunt omnem actum voluntatis internum
esse bonum vel malum moraliter in quantum concordat vel discordat
dictamini rationis. cæterum difficultas etiamnunc procedit ulterius ad inqui=
rendam primam regulam bonitatis quæ quidem non potest esse ipsum dictamen
rationis, nam de ipsomet dictamine inquirit: cur dicebat furtum esse
malum et eleemosynam bonam. dices: quia hæc est bona et illud malum.
tunc rursus quæritur quid est in furto secundum se esse malum, et in eleemosyna
secundum se esse bonam, et ne aliquid tenens se per se ex parte obiecti an ali=
quid derivatum a volitione ~~ob~~ quæ in illa obiecta terminaretur.
si dicas hoc secundum est volitio volens eleemosynam quia bona est, habet seipsam
pro obiecto, nam per se eleemosynam ~~[illegible]~~ esse bonam est procedere a bona
voluntate, sed mea volitio vult eleemosynam quia bona est. Ergo vult eleemo=
synam quia procedit a volitione bona et habet seipsam pro obiecto volito.
si vero dicas primum explicanda erit illa bonitas quæ tenet se ex parte
obiecti independenter a volitione, illa enim non potest esse conformitas cum regula
rationis, quia dictamen rationis cognoscit eleemosynam esse bonam et non cognoscit
esse conformem ipsi cognitioni alioquin cognosceret seipsam. Ergo bonitas
obiectiva non potest esse conformitas cum regula rationis, sed aliquid aliud.

Ideo alii dicunt Deum ultimam regulam moralitatis esse ulti=
mum finem nostrum, atque ideo illa obiecta esse bona quibus accedimus ad finem
ultimum, illa vero mala obiective quibus ab eo fine recedimus.
Sed contra hoc etiam est, quia vel per finem ultimum intelligis beatitudinem superna=
turalem ad quam de facto ordinatus homo, et hæc non potest esse regula adæquata
moralitatis, nam in natura pura essent aliquæ actiones malæ et bonæ et ali=
qua etiam obiecta bona et mala, et tunc non esset beatitudo supernaturalis ultimus
finis hominis. vel per finem ultimum intelligis finem etiam naturalem, et tunc in=
quiro: quis sit iste finis ultimus a quo recedat mendacium, et ad quem

accedit[...]

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

accedimus per eleemosynam? nam vel ipse finis ultimus ē rectitudo
naalis nr̄a, ē tunc idem erit dicere eleemosynam accedere ad finem
ultimum, ac dicere eleemosynam accedere ad rectitudinem, seu actum
eleemosynæ ēē actum bonum ē rectum. quare redit difficultas facta,
q̄a vel hoc sit eleemosyna secundum se; ē hoc non, q̄a eleemosyna
n̄ ē recta ē bona nisi fiat a voluntate bona, & de se n̄ sit decere ad
finem ultimum rectitudinis. vel sumis eleemosynam prout imperatam
a voluntate, ē tunc iam involuit ipsam voluntatem, ē per consequens
quæ vult eleemosynam ut bonam reflectit supra seipsam, ut supra argue=
ebamus. vel denique per finem ultimum intelligunt aliquid simile naale,
ē tunc idem erit dicere q̄d per eleemosynam accedimus ad finem ultimum,
ac dicere eleemosynam ēē actum meritorium huius præmij, hoc a. ē falsum
loquendo de eleemosyna secundum se, q̄a illa n̄ ē meritoria secundum se
sed prout imperatur a voluntate bona, quare semper redit argumentum factum
q̄d velle eleemosynam q̄a bona ē, erit velle illam prout imperatam a vo=
luntate bona, atque adeo erit velle ipsam voluntatem. denique semper
restat explicandum quid sit in eleemosyna illud per q̄d ē meritoria seu
per q̄d decedit magis ad finem ultimum quam alia opera.

Tertia ē communis sententia dicit primam regulam moralitatis ēē
naam ra̅onalem, cui aliqua obiecta sunt conformia ē hæc sunt obiective bona,
alia sunt difformia ē hæc sunt obiective mala, quam conformitatem at=
tendit in obiecto ille qui operatur honeste, ē ex hac conformitate obiecti=
va redundat bonitas formaliter moralis in actum quo illam conformita=
tem volumus. ita sentit P. Vasquez in præsenti disp. 58 cap. 2. ē infra disp. 90.
cap. 2. ē disp. 95. cap. 9. ē disp. 97. cap. 3. quæ videtur etiam ēē sententia Scoti in
3. dist. 37. q. 1. § ad istud. ē § ad quæstionem igitur. Gabrielis q. 1. art. 2
solutione 3 ē 4. Richardi art. 1. q. 5. Durandi in primo dist. 47. q. 4. num. 16.
Soti de iustitia q. 3 art. 8. Victoria relectione de homicidio num. 3.
P. Koningh de moralitate actuum supernaturalium disp. 3 art. 1. ē eam se=
quuntur communiter recentiores, fundatur a. deinde ex impugnatione alia=
rum sententiarum, ē q̄a hoc modo assignatur iam aliqua bonitas ex parte
obiecti quæ n̄ includat ipsum actum, ē ideo evitatur omnis circulus vel re=
flexio vitiosa.

Contra hunc modum explicandi sunt ēē adhuc duplex difficultas.
prima, q̄a adhuc n̄ videtur vitari reflexio illa quam dicebamus, nam si volo
eleemosynam q̄a bona ē, seu q̄a decet, aut q̄a conformis ē naæ ra̅onali &c.
volo eleemosynam ut volitam per actum honestum. Probatur seq: q̄a elee=
mosyna n̄ decet naam ra̅onalem nisi prout libere volita, sicut nec
etiam furtum dedecet naam ra̅onalem nisi prout libere ē ex aduer=
tentia exercitum, nam eleemosyna necessario vel sine aduertentia

facta

facta n magis decet hoiem quam brutum & si volo eleemosynam prout decet peculiariter hoiem volo illam vt libere exercitam, e per sequens iam in hac bonitate includitur ipsa volitio fo̅ális.

Dices eleemosynam secundum se decere naam raõalem e furtum secundum se ee indecens eidem naæ antecedenter ad volitionem qua illa obta volumq. Sed contra, qa vel sumis naam raõalem vt raõalem, hoc e, vt potentem operari libere, vel prout prscindit ab eo qd possit operari libere. si 2do modo n videtr illi magis ee difforme furtum quam brutis, ideo e. brutis n e difforme qa n possunt operari libere nec iuxta regulam raõis & si hoi e difforme ideo erit qa hoo pt operari libere e iuxta regulam raõis, debes ergo comparare furtum ad naam raõalem jmo modo, hoc e, vt potentem operari libere e iuxta regulam raõis, tunc a. redire videtur difficultas supra facta, qa iam consideratr furtum n vtcunqs sed vt libere volitum ab hac naa, n e. e indecens nisi ad hoc vt libere ametur & indecentia obiectiua iam includit volitionem liberam furti, qd idem de honestate obiectiua eleemosynæ dicendum videtr, n decet e. naam raõalem nisi vt potentem eã libere velle & decentia seu honestas obiectiua eleemosynæ iam includit volitionem liberam qua eam volumq.

Confirmatur e explicatur difficultas in ipsa ~~volitione~~ cogn raõis, qa voluntas quando vult n furari pp inhonestatem furti perinde e ac si diceret nolo furari, qa n decet naam raõalem, hoc e, naam operantem ex raõe qd amplectatur furtum contra regulam eiusdem raõis & voluntas ht pro obto furtum n vtcunqs sed prout reprobatum a raõe & ipsamet regula raõis seu propositio raõis ht seipsam pro obto. qd tt neq: qa nullum obtum pt habere voluntas qd n proponatur prius per raõem & si voluntas ht pro obto furtum vt reprobatum per raõem, cognitio etiam precedens ht pro obto furtum prout reprobatum per raõem & cognoscit furtum reprobari per regulam raõis, ac per sequens reflectitur supra seipsam.

Dices iterum honestatem consistere in conformitate cum naa raõali, hoc e, cum naa potente operari libere, n tn ~~et~~ cum naa actu operante libere, quare quando volo eleemosynam qa conformis e naæ raõali, hæc volitio n reflectitur supra seipsam, sed terminatur ad naam raõalem potentem elicere aliquem actum liberum circa eleemosynam quicunqs ille sit. itaqs n volo eleemosynam qa volita e, sed qa e conformis naæ potenti eam velle libere, seu qa de se e talis vt deceat hoiem si eam velit libere, in quo sensu licet includatur aliquis ordo ad volitionem aliquam liberam possibilem, n tn ad volitionem absolute exercitam nec ad seipsam.

Sed contra, qa nec hoc modo videtur vitari reflexio, qa si eleemosyna proponitur a raõe vt decens naam raõalem & proponitr vt volibilis honeste, n e. decet nisi vt volibilis honeste & proponitr vt proponibilis ab illa e

cum

cum honestate illa obiectiua, n̄ ē. ē volibilis honestē nisi vt proponibilis ab intellectu cum honestate, honestas ē. volitionis proueniet formaliter a iudicio ra̅tis proponente honestatem obti, vt vidimus sectione præcedenti. Et de primo ad vltimum repræsentari vt honestum erit repræsentari ab vtilitate quæ potest repræsentari vt honesta, quare illud iudicium faciet hunc sensum: eleemosyna decet naam rationalem q̃a volibilis ē honeste, hoc ē per aliquam volitionem præcedente repræsentatione intellectuali qua repræsentetur vt volibilis honeste. ex quo rursus fieri videtur debere dari infinitas repræsentationes in obto illius iudicij, nunquam ē. requisit. vlt quod sit satis proponi eleemosynam vt honestam nisi in ordine ad aliud iudicium proponens illam vt proponibilem ab alio iudicio, de quo etiam ē eadem ratio, quare sensus illius propositionis erit iste: eleemosyna decet naam rationalem quatenus ē volibilis præcedente iudicio aliquo proponente eam vt proponibilem ab aliquo iudicio, a quo item proponi potest vt proponibilis ab aliquo iudicio proponente eam vt proponibilem ab aliquo iudicio &c, ē sic in infinitum, q̃a nunquam sistis in aliqua honestate obiectiua quam hābet de se eleemosyna independenter a iudicio ra̅tis ē qua sola sit ē obtu volitionis honestæ, et ex hoc ē. fit q̃d vel iudicium illud debeat reflecti supra seipsum quando proponit honestatem eleemosynæ, vel debeat facere infinitas reflexiones supra alia iudicia possibilia.

Et ad difficultas contra illum dicendi modum ē. pt, q̃a si honestas obiectiua ē conformitas cum naa rationali, sequitur charitatem n̄ habere pro motiuo formali vltimo bonitatem Dei, sed potius conformitatem cum naa rationali. Prob. seq: q̃a actus charitatis honestissimus ē, ois a. actus honestus debet formaliter ferri in ipsam honestatem, alioquin n̄ erit honestus, vt suppono ex omnium sententia. Et actus charitatis debet tendere formaliter in honestatem, honestas a. per te ē conformitas cum naa rationali, et tendit formaliter tanquam in motiuum vltimum in conformitatem cum naa rationali. Consequens a. videtur satis absurdum, nam sequeretur charitatem n̄ moueri vltimo ad amandum Deum ex bonitate infinita Dei, sed potius ex eo q̃d illa bonitas vel illud obtu sit conforme illi ē deceat meam naam rationalem, qui sane magis esset amor mei ipsius quam Dei, magis ē. mouerer q̃a decet me quam ex bonitate Dei, cum ipsam Dei bonitatem ideo amarem q̃a decet me tale obtu vel talis amor. debemus ergo ponere primam honestatem obiectiuam in aliquo alio q̃d potest etiam reperiri in obto charitatis sicut in obtis aliarum virtutum.

Propter hoc fortasse ē 4.tus modus dicendi aliorum qui dicunt honestatem obiectiuam consistere in conformitate ē conuenientia obti cum naa rationali, n̄ quidem cum naa rationali ipsius operantis præcise, sed cum illa vel cum qualibet alia, ideo ē. eleemosyna v.g. ē honesta obiectiue q̃a ē bonum naæ rationalis scilicet illius qui accipit eleemosynam, ideo furtum ē inhonestum,

q̃a ē

qa ē ɔtrarium illi qui patitur iniuriam, ideo deniq possumq dicere dilectionem Dei eē honestam, qa eius obtu ē bonum Dei ɔueniens naæ raōali diuinæ, temperantia verō ideo ē honesta, qa ɔuenit naæ raōali ɔtris operantis, et sic de alys, qua raōe vitant inconuenientia supra adducta.

Hic etiam modq n satisfacit, qa conformitas et conuenientia seu difformitas obti cum quacunq naā raōali n pt eē ima regula honestatis vel inhonestatis, nam possum ego bene aduertere aliqd obtu eē malum Petro, et tn velle illud sine peccato, qa n aduerto ad malitiam moralem; sicut e. contingit aliquos motq vindictæ excusari à culpa, et aliquos motus odij, qa n aduerto ad malitiam et indecentiam illiq actq vel obti, aduerto tn bene mortem vel paupertatem quam desidero Petro eē illi malam, imo ideo illam desidero qa video eē illi malam, et adhuc n aduerto ad indecentiam vel malitiam moralem e ideo n ɔtraho malitiam fōalem Ɛ malitia seu indecentia obiectiua n ɔsistit precise in ɔ, illa disconuenientia quam obtu ht cum aliqua naā raōali, sed debet alia regula vlteriq assignari ad quam possumq attendere etiamsi attendam ad difformitatem obti seu malum qd affert naæ raōali.

Item argtu fieri pt a ɔtrario, qd possum attendere ad conuenientiam alicuiq obti cum naā raōali, et tn n operari honeste, v: g: qui desiderat aliquam voluptatem delectabilem qa delectabilis ē, nec attendit ad aliam regulam superiorem sed precise ad delectaōem gulæ v.g. in qua inuenit ex vna parte difficultatem pecuniæ expendendæ, ex alia bonum delectabile qd affert, et nihil aliud considerat, amplectitur libere illud obtu, n tn honeste, quamuis illud velit qa bonum sibi & Ɛ ɔuenientia precise cum aliquo sbto raōali n ē sufficiens ad reddendum obtu honestum obiectiue, sed desideratur alia regula ex parte obti, ad quam qa ille tunc n attendit, n operatq honeste nec moraliter.

Dices: illud obtu bene considerari vt conueniens naæ raōali moraliter ~~aut~~ non fōaliter sumptæ vt raōalis &, qa hōi qui vt raōalis ē n ɔuenit delectaō gulæ. Sed ɔtra, qa quando reduplicas naām raōalem prout raōalis ē, iam videris accipere naām raōalem prout gubernatam vel gubernabilem per raōem, tunc a. redit difficultas supraposita, qa si noie raōis illigis dictamen raōis regulans obta Ɛ iam bonitas obiectiua inuoluit ipsum dictamen raōis, proponentis et regulantis illam. si verò per naām raōalem vt raōalem illigas solum illud qd proprium ē hōis quatenq differt a brutis et prout operatur per discursum; ɔtra hoc etiam ē qd hōo prout differt a brutis ht etiam tanquam bonum suum gloriam mundanam et existimaōem apud hōes, et tn qui ex nimio appetitu huiq boni operatq n operatq honeste, ideo e. Ethnicorum opera, quæ speciosa et egregia apparebant, reprobantur a SS. PP. qa ex nimio illo appetitu laudis et gloriæ

procedebant

procedebant quia ad honestatem obiectiuam non sufficit adhuc apprehendere obiectu ut bonum naturæ rationali quomodocunque, sed opus est consulere aliam regulam superiorem, in qua primo et radicaliter consistat honestas vel inhonestas moralis.

SECTIO III.

Nostra sententia de prima regula Moralitatis proponitur.

Concedimus omnes fere sententias sectione præcedenti adductas veras esse quatenus ijs omnibus modis explicari potest saltem a posteriori quæ obiecta sint bona et quæ mala, nam obiectum illud quod lege æterna præcipitur vel consulitur, quod conducit ad vltimum finem, quod conforme est naturæ rationali prout regulanti et dirigenti actiones humanas bonum est, quod prohibetur lege æterna, quod remouet ab vltimo fine, quod est contra regulam rationis seu contra naturam rationalem ut regulantem malum est. contendimus tamen aliquam aliam regulam antecedentem et magis a priori dandam esse, per quam non ostendatur a posteriori, sed quæ formaliter regulet obiecta et constituat bonum et malum, quam videtur nostra sententia melius attigisse, indiget tamen declaratione.

Dico igitur hanc regulam et radicem primam moralitatis consistere in hoc, quod obiectum secundum se sit bonum præponderans omni malo quod secum affert, et proportionatum dignitati naturæ rationalis, vel quod sit malum præponderans omni bono quod secum affert, et improportionatum ac contra dignitatem naturæ rationalis. nam quando obiectum proponitur ita proponitur bonum ut plus appareat mali in ipso quam bonum, eo ipso est fugiendum et malum moraliter, quando vero e contra ita proponitur ut malum, ut illa ratio mali ~~et~~ superetur a bono quod affert, et illud sit bonum et proportionatum dignitati humanæ, eo ipso est bonum et amplectendum. siue illa ratio boni sit conuenientia in ordine ad operantem, siue in ordine ad quemuis alium, etc.; quod exemplis appositis clarius patebit.

Proponitur v: g: alicui mors sui patris ut bona et vtilis ad hæreditatem lucrandam, ut mala vero patri, cui ipse filius adeo est adstrictus et cuius bonum adeo debet procurare et desiderare, desiderat tamen mortem patris absolute propter lucrum hæreditatis paternæ, operatur inhoneste, quia illud malum mortis paternæ præponderabat omnino lucro hæreditatis. si vero desiderares mortem ~~bu~~ patris ut consequatur salutem æternam quam postea fortasse amittet, vel si desiderares mortem Tyranni ut Ecclesia habeat pacem et quietem spiritualem non est operatio inhonesta, quia bona quæ tunc amas, præponderant malo quod desideras. similiter velle latronem interfici a Magistratu propter pacem Reipubl. est laudabile, quia præponderat hoc bonum illi malo, velle autem occidere latronem autho-

ritate